enim die factum est firmamentum quod
rursus caelum appellavit terrae au
tem nomine invisibilis et incomposita
ac tenebrosa abysso inperfectio cor
poralis substantiae significata est
unde temporalia illa fierent quoru
prima esset lux quomodo autem
per creaturam quam fecit ante tempo
ra dici potuit temporaliter fiat lux
invenire difficile est sono vocis enim
non intellegimus dictum nam quidquid
est tale corporeum est an ex illa in
perfectione substantiae corporalis
fecit aliquam vocem corpoream per
quam sonaret fiat lux ergo aliquod
vocale corpus ante lucem creatum at
que formatum est sed si ita est iam erat
tempus per quod vox curreret sono
rum spatia sibi succedentium prae
terirent quod si iam erat tempus
antequam fieret lux in quo tempore
vox fieret qua sonaret fiat lux ad
quem diem pertinebat illud tem
pus unus enim dies idemque primus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.8, 2v – Augustinus: De genesi ad litteram
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-u7vb/4439/45988)